



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Spiritualis Thesaurus Missæ

Sánchez, Gaspar

Coloniae Agr[ippinae], 1619

C. 16. De Gloria in excelsis Deo, & Dominus vobiscum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55223)

DE GLORIA IN EXCEL-
sis Deo, & Dominus vo-
biscum.

Postquam Redemptor Ie-
sus in stabulo Bethleemi-
tico tanta in abiectioe &
paupertate natus esset; ecce tibi
subitò Angelus celo delabitur,
qui lætum hoc nati Saluatoris
nuntium pastoribus quibus-
dam vigilias super grege suo a-
gentibus afferret: & quoniam
noctis erat medium, & tene-
bris inuoluta omnia, & par erat
talem à pastoribus nuntium o-
culis perspici; ecce tibi lux celo de-

THESAURVS MISSAE. 157

lo delapsa omnes circumfulsit.

Dixit deinde illis Angelus, L. 2.

Ecce, Euangelizo vobis gaudiū ma-

gnum, quia natus est vobis hodie

Saluator, qui est Christus Dominus.

Mox verò ipse, assūpta secū ma-

gna Angelorū multitudine, cœ-

leste hoc cāticum simul cum a-

lijs modulari cœpit, Ibid. Glo-

ria in altissimis Deo, & in terras

pax hominibus bonæ voluntatis.

quod deinde sic profequitur

Ecclesia, Laudamus te, benedici-

mus te. Ipse mihi persuasero, to-

ties mihi lætum hocce nati Sal-

uatoris nuntium afferri, quo-

ties Missam vel dico vel audio;

eo quòd paulo post non secus

ac pastores, verè realiterque vi-

O

debo

debo & adorabo eum, quem
olim ipsi viderunt & adorarunt.
Videbo illum, velut præsentem
in altari, recens pro me natum,
& Angelos simul & pastores
imitando, ex toto gaudij, exul-
tationis, & gratulationis affe-
ctu totum hoc Canticum decur-
ram; patrem æternum eodem
laudando, quòd filium mihi
suum carissimum in Salvatore
dederit; quin etiam filiū, quòd
me saluaturus descenderit. Nec
minus me beatum quam pasto-
res reputabo, cū fidei videā o-
culis eum quem ipsi coram vi-
derunt, & quem ipsi adorarunt
etiam hic ipse adorem; ipsi pã-
nis inuolutum, ego accidenti-
bus

THESAVRVS MISSAE. 159
bus coopertū. Ipsum, Dominus
vobiscū in huius fidei no- ve-
ritate confirmat: ipsum est ma-
gnum nomen *Emanuel*, quo
Messias nominandus erat,
quod tantundem so-
nat ac, *nobiscum*
Deus.

○ 2 CAPVT